



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 35. Lancellotus Augusta Tridentum reversus unacum Lunensis comitis responso.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

cum summo applausu exceptam, ubi datum est negotium, ut eidem responderet, Bartholomæo Serigo Castellana-  
tensi Episcopo, eo quod is, qui ad hoc munus erat destinatus, ægrotaret.

Sæc. XVI.  
A. C. 1563.

§. XXXV.

*Lancellotus Augustæ Tridentum re-  
versus unacum Lunensis Comitibus  
responso.*

Interea die vigesima tertia Januarii Lancellotus, qui Augustam a Legatis ad Comitem Lunensem pro accelerando ejus accessu ad Synodum missus erat, rediit, retulitque Legatis, quod hic Comes post exhibita amoris, studii-  
que officia libere dixisset, non licere sibi eo accedere, nisi prius aut certus redderetur de loco pro sua dignitate obtinendo, aut peculiare mandatum acciperet a Rege, vi cujus locum aliis, quam Cæsaris Oratoribus cedere juberetur, nam post hos proximam sibi sedem deberi contendebat. His addebat Lancellotus, quod ad mutandam Comitibus sententiam prorsus nullam vim habuerit id, quod eidem proposuisset de literis a Rege suo ad Papam desuper datis.

Pallav. c. 15.  
n. 1.

Legati, cum hujus Oratoris adventum percuperent, Cardinalem Lotharingium

Sæc. XVI.  
A. C. 1563.

ringium adibant, supplices, ut is huic negotio suam adjungeret operam, Gallosque Oratores eo induceret, quatenus publicæ utilitatis causa quicquam de suis prætensionibus remittere velent; verum Cardinalis hoc negotium in se suscipere renuebat, præsciens, quod operam luderet, hinc Legatis respondit, fuisse statutum in Galliis, ut eidem Lansaco illuc revocato sufficeretur Joannes Morvilerius Episcopus Aurelianensis, qui perpaucis ante diebus Tridentum venisset, proin interventuros esse Oratores, tam Ecclesiasticos, quam Laicos.

§. XXXVI.

*Controversia de loco Oratori Hispanica assignando.*

*Pallav. c. 15.  
num. 2.*

Igitur Legati aliud consilium alias in deliberationem adductum, iterum tentabant; erat autem illud, ut Hispanus Orator e regione Præsidum consideret, quemadmodum federat Lusitanus ætate Julii III. cum litigaret cum Hungarico Legato: quamvis vero Oratores Gallicani hoc consilium rejecissent, Legati tamen sperabant ab auctoritate Lotharingii, in quo studium majus, & minor animi commotio inerat, eos flecti posse; re ipsa enim censebat Cardinalis Lotharingius, Gallos, si

Sedes